

ductus est. eiusdem cap. 53. Secunda ratio est, iam in proximo contra diabolum triumphatum sua passione, hac sua susceptione cum palmarum ramusculis demonstraret. De hoc August. homil. 51. super Ioan. ait, Rami palmarum veterum significant, qua erat dominus mortem moriendo superaturus, & trophæo crucis diabolum mortis principem triumphaturus. Tertia, ut per hoc se sponte passurum ostenderet, dum in micorum suorum ciuitatem sibi contrariam (ut ipse ait discipulis, Ite in castrum, quod contra vos est) tam patenter, tantis cum laudibus introiret, quo non modice contra se ipsorum furiam excitauit, sicut Aug. ubi supra ait. De hoc Chrys. in hom. Quam crucem mentis inuidia principum iudæorum perire poterat, quando regem suum Christum tanta multitudo clamabat. Unde & amaro corde dixerunt. Videtis, quia nihil proficimus, ecce totus mundus post eum abiit. Et de hoc Beda in homilia, Appropriatione hora passionis. Ut etiam pro hoc claresceret, quia non inuitus, sed sponte pateretur, in asino venire, & a turbis rex appellari, ac laudari voluit. Quarta, ut per hoc discipulos suos, ac credentes in eum confortaret, qui paulo post ipse visuri erant ignominiam. Solent namque reges bellum intraturi pro animatione militum se prius in gloria regia demonstrare. De hoc quoque Aug. ubi supra ait, Illum agnoscite filia Sion, qui a te laudatur, & noli trepidare, cum patitur, quia ille sanguis funditur, per quem tuum delictum deleatur, & vita redimatur. Quinta, ut post tantæ susceptionis gloriam, subsequens augeretur amaritudo passionis. Solet enim ignominia altius pungere corda, quam felicitas simul antececit, sicut ait hoc. Amissa prosperitas recolentem vehementius cogitat. Nam in omni aduersitate fortunæ, infelicissimum genus infortunii est, felicem fuisse. De hoc pulchre beatus Bern. sermone 2. presentis festi ita dicit. Quid sit, quod processionem habere voluit, qui mox futuram noue-

rat passionem. Noua enim, & mira quædam est coniunctio, processio, & passio. Nam processio plausum habet, passio plausum. Et respondet, Fortè ut amior esset passio, quam processio processisset, Ab eodem enim populo in eodem loco, & ipso tempore, paucis diebus interpositis, primò cum tanto triumpho susceptus est, postea crucifixus, O quam dissimile est, Tolle tolle, crucifige eum. & Benedictus, qui venit in nomine domini osanna in excelsis, quam dissimile, rex Israel. & non habemus regem nisi Cæsarem, quam dissimiles virentes rami, & sping. Cui prius prosternebantur vestimenta aliena, ecce suis exiit, & fors mittitur super ea. His itaque de causis, & fortè aliis, dominus prius, quam pateretur, voluit tanquam rex suscipi, & turbarum vocibus laudari dicentium, Benedictus, qui venit in nomine domini.

Hæc quo ad litteram breuius commemorata, si de te cõsiderationis subtilius masticare tentauerimus, rem mysterii plenam intelligemus. Hæc enim processione, futuræ gloriæ magnæ processio in triumpho gloriæ, & maiestate apparenti, & tanquam capiti cum omnibus membris suis in cœlestem Hierusalem suscipiendo obuiam rapiemur in aera, ut dicit apostolus. 1. Thes. 4. ubi iam nõ à pauperibus turbis (ut inuit Bernar. serm. 1. de ramis palmarum) sed virtutibus angelicis, clamantibus vndiq; virtutisque testamenti populis, Benedictus, qui venit in nomine domini perpetuo laudabitur, huius futuræ, ac beatissimæ processiois gloriæ, quasi præmium nostræ peregrinationis præostendit, & terminum. Viam, qua seuri sumus ad labi in sua passione designans. Quodq; ad hæc perueniunt sunt tam iudæi, & gentiles, in hoc significauit, quia & super asinum subiugalem, & pullum, super quem nullus hominum sedit, ipse sedisse perhibetur. Asina subiugalis, populus est hebræorum, legis oneri subiectus. Pullus, gentilis populus adhuc est-

Processio in die palmarum gloriæ magnæ processio nes triumphum significabat.

1. Thes. 4. ubi iam nõ à pauperibus turbis (ut inuit Bernar. serm. 1. de ramis palmarum) sed virtutibus angelicis, clamantibus vndiq; virtutisque testamenti populis, Benedictus, qui venit in nomine domini perpetuo laudabitur, huius futuræ, ac beatissimæ processiois gloriæ, quasi præmium nostræ peregrinationis præostendit, & terminum. Viam, qua seuri sumus ad labi in sua passione designans. Quodq; ad hæc perueniunt sunt tam iudæi, & gentiles, in hoc significauit, quia & super asinum subiugalem, & pullum, super quem nullus hominum sedit, ipse sedisse perhibetur. Asina subiugalis, populus est hebræorum, legis oneri subiectus. Pullus, gentilis populus adhuc est-